



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi  
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis  
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio  
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

Vxor quid viro debeat quo ad alimenta, n. 1. paragraph. 4.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

doris acceperisti , pro rata uxorem ale : debeat ? Respondeo, debere, h quan-  
cum valeat argumentum , si integra  
dote fruereris , integre aleres : ergo si  
parte, partialiter.

e Sanc. ead. disp. 5. per totam.

4. Quid si ij , qui dotem promise-  
tunt, vere solvendo non sint? Respon-  
deo, si dotem promisit ipsa uxor , vel  
ejus pater, tenetur f adhuc illam ale-  
re vir, nisi dolosè ij promiserint, scien-  
tes, se solvere non posse. At si promi-  
sit extraneus ( quo nomine hic venit  
quicunque is fuerit , sub cuius pot-  
estate non erat uxor ) non tenebitur vir.  
Horum rationem lege apud Sanchez  
citatum , apud quem etiam invenies  
non posse à viro expelli ab habitatio-  
ne , vel à debito conjugali uxorem ,  
propter dotem non solutam, cum hæc  
sint longè diversa , non alere , & non  
cohabitare, nec ex priore possit posteri-  
us inferri. Sed proh quanti ponderis  
est , habere in eodem tecto & lecto u-  
xor , illamque non alere ! Morali-  
ter, & in praxi hæc admodum sunt dif-  
ficilia : nam propterea cogitent sapien-  
tes , quid hac in re consilendum tan-  
dem sit , & legant Authores allatos à  
Sperelli , g qui contra Sanchez tenent,  
ob dotem nulla ex parte solutam posse  
& cohabitatione uxorem expelli.

f Idem ib. n. 4. s. g. Sperel. t. 2. dec.  
73. n. 10.

#### §. IV.

*Uxor quid viro debeat , quoad  
alimenta ?*

9. **Q**uod ad uxori quāri potest , an  
hac aliquando maritum alere

suppetit, unde marito succurrere que-  
at, sive ex bonis dotalibus, sive ex pa-  
raphernalibns , sive aliunde conquisi-  
tis : hoc enim exposcit mutuus conju-  
gum nexus, etiam si maritus culpa sua  
sit carceri astrictus , sit tristis  
mancipatas , sit infirmus, non autem ,  
si culpa sua ab uxore recedat , nisi forte  
redire velit , ut ex proximè dictis col-  
ligi manifestè potest. Quid si maritus  
ex alienum contraxit, ut uxorem ale-  
ret ? cogeturne illud solvere uxor ex  
proprijs bonis, marito defuneto ? Hac  
de re dixi breviter c. s. §. 2. n. 5.

h Sanc. l. c. d. 4. num. 27. multie-  
dit.

De donationibus inter virum , &  
uxorem multa jurisperiti, tibi suffici-  
at , legere Molinam , i Dicastillum ,  
Castropalaum.

i Mol. alijsq. apud Dicastillum li. 2.  
r. 5. d. 1. dub. s. a num 72. Castrop. de  
just. commut. d. 2. p. 25. per totum.

#### §. V.

*In necessitate extrema quis magis adju-  
vandus pater , an filius , an  
uxor ?*

1. **S**i quis patrem suum , suumque  
filium, atque uxorem fratrem  
que in extrema, vel gravi neces-  
itate a constitutos animadvertat , &  
uni dumtaxat ex his auxiliari posset ,  
querimus , cuinam auxilio esse ipsum  
opporteat? duo v. g. modici panes ipsi  
suppetunt in extrema fame , unum si-  
bi, ut certè potest, reservat, ob indi-  
vidus

K

